

Programm  
des  
Königlichen Gymnasiums zu Bromberg,  
womit zur  
öffentlichen  
Prüfung der Schüler

den 4. und 5. October 1854,  
beidemal Morgens von 8 Uhr ab,  
und zur

feierlichen Entlassung der Abiturienten

den 5. October, Nachmittags von 3 Uhr an,  
ergebenst einladet

**Deinhardt,**

Director des Gymnasiums.

Inhalt.

- 1) Descriptio Chalcidiae Thracicae sive Macedonicae. Particula prior chorographiam complectens. Scripsit Dr. Hoffmann.
- 2) Schnnachrichten für das Schuljahr von Michaelis 1853 bis dahin 1854. Vom Director.

Bromberg, 1854.  
Buchdruckerei von G. Fischer.



# Descriptio Chalcidicae Thracicae sive Macedonicae.

Particula prior chorographiam complectens.

Terrae ad describendum nobis propositae nomen eam meridianae Macedoniae partem amplectitur, quae, in peninsulas tres divisa itaque Peloponneso simillima, inter sinum Thermaeum et Strymonium in altum porrigitur. Antiquitus Thracum sedes, a Graecis, usque Chalcidis Euboicae praecipue incolis subjecta<sup>1)</sup> indeque η Χαλκιδικη η ἐπὶ Θερμάη appellata est.<sup>2)</sup> In Occidente sinus Thermaeus est; sic nominatur ab Herodoto, Scylace, Tacito, Plinio; sive Thermaicus, quem admodum Plinius et Ptolemaeus eum appellant. Hoc nomen pristinis temporibus septentrionali praecipue parti inde ab Aenea urbe proprium fuisse Herodotus significat,<sup>3)</sup> postea vero, sicuti Adriae nomen, in meridianas quoque partes patuit usque ad Pallenes peninsulae promontorium Canastraeum.<sup>4)</sup> Mela<sup>5)</sup> ingentem eum appellat sinum. Bellejus apud Tafelium<sup>6)</sup> narrat, sinum 30 leucas longum, 12—15 leucas latum esse; Beaujour<sup>7)</sup> eum 27 leucas longum, 8—15 l. latum esse contendit.

Inter Pallenen et Sithoniam Toronaeus sinus est, usque ad promontoria Pallenes et Sithoniae, Canastraeum et Derrhim, pertinens;<sup>8)</sup> Toronicum Strabo<sup>9)</sup> et Scymnus eum appellant. Huic sinui urbes ad eum sitae aliae alia tribuerant nomina: Sermylicum, Scylax hoc nomine tantummodo utitur, et Mecybernaeum,

1) Strabo lib. X. pag. 323 ed. ster. — 2) cf. Böhmecke, Forschungen auf dem Gebiete der attischen Nedner I. p. 96 n. 1. — 3) Her. VII. 123 ed. ster.: ἀπὸ δέ Αἰγαίης ἐς αὐτὸν τε τὸν θεομαῖον κόλπον ἐγένετο τῷ ναυτικῷ στρατῷ ὁ πλέος. — 4) Strab. lib. XII. epit. Vat. ed. Tafel. 25: μετὰ δὲ θεσσαλονίκειαν ἐστὶ τὰ λοιπὰ τοῦ θεομαῖον κόλπου μέχρι τοῦ Καναστραίου. — 5) II. 3. — 6) De Thessalonica pag. 322. — 7) Tableau du commerce de la Grèce I. pag. 20 sq. — 8) Steph. Byz. s. v. Τορώνη: λέγεται καὶ Τορωναῖος κόλπος, οὗτος δὲ καλεῖται ἀπὸ τοῦ Καναστραίου ἕως τῆς Λέρρεως. — 9) Epit. Vat. 31.

quam appellationem primam atque principalem fuisse e Scymno colligam. Verba Scymni haec sunt:

εἶτ' ἐστὶ κόλπος λεγόμενος Τορώνικος,  
οὗ πρότερον ἦν τις Μηκύβερνα κειμένη,  
ἔξης Τορώνη, τοῖς τόποις ὁμώνυμος.

Mela <sup>1)</sup> flexum eum appellat, quem quidem hac voce totum comprehendisse sinum, non, quod Weichert placuit, anfractum ad Mecybernam urbem, inde appareat, quod eum usque ad Canastraeum et Derrhim promontoria pertinere dicit. Verba ejus sunt: In littore flexus Mecybernaeus inter promontoria Derrin et Canastraeum. Hodie vocatur κόλπος τοῦ ἀγίου Μάμα.<sup>2)</sup> In Oriente promontorium Atho montis est, quod sinum Singiticum includit; <sup>3)</sup> hodie nominatur κόλπος τοῦ ἀγίου ὄρος, golfo di monte santo. Sequitur sinus Strymonius, patens inde a promontorio Atho montis usque Neapolin, si epitomen Palat. 32. sequeris, secundum epit. Vat. 34. usque ad Nestum fluvium. Hodie vocatur golfo di Contessa secundum Meletium, g. di Rendina secundum Leakium. Pars ejus est sinus Acanthius, hodie golfo di Erisso.

Herodotum sequutū, praestantissimum in his regionibus ducem, quem, si qui forte potiores esse videbuntur, quum ex aliis antiquitatis scriptoribus corrigere atque supplere, tum e recentioribus illius terrae descriptionibus interpretari in animo habemus, inde a septentrionali eaque ad Strymonem fluvium sita parte facimus initium.

Ως δέ ἀπὸ τοῦ Στρυμόνος ἐπορεύετο ὁ στρατὸς, ἐνθαῦτα πρὸς ἡλίου δυσμέων ἐστὶ αἰγαλὸς, ἐν τῷ οἰκημένῃ "Ἄργιλον πόλιν Ἑλλάδα παρεξήσε. αὐτῇ δὲ καὶ ἡ κατύπερθε ταύτης καλέεται Βισαλτή.<sup>4)</sup> Terra Argiliorum saltuosa,<sup>5)</sup> ipsa urbs, Andriorum colonia, ad radices montis sita erat, qui a Cercine monte ad meridiem procurrit. Nomen urbis Thracum lingua murem significasse dicitur, qui secundum Stephanum <sup>6)</sup> in jaciendis fundamentis apparuit. <sup>7)</sup> Meliores fortasse hujus vocis significationes, quippe petitas e natura locorum, elicere possumus, si respicimus vocem Macedonicam ἄργελλο vel Graecam ἄργιλος. Sic Cusinerius quoque in itinerario suo Macedonicō <sup>8)</sup> narrat, terram circa Argilum urbem argillosam esse. Argiliorum erat Cerdylum oppidum, quod non multum aberat ab Amphipoli, in

<sup>1)</sup> II. 3. — <sup>2)</sup> cf. Meletium ed. Gazes II. pag. 461. — <sup>3)</sup> Strab. VII. epit 32.

<sup>4)</sup> Her. VII. 115. — <sup>5)</sup> Polyaeni Strat. ed Casaub. 4, 2, 16: ἡ δέ ἐστι φραγγώδης καὶ δασεῖα; bene igitur Herodotus usus est vocabulo παρεξέναι. — <sup>6)</sup> s. v. "Ἄργιλος. — <sup>7)</sup> cf. quoque Heraclidem Pont. s. v. "Ἄργιλος; similia exempla cf. apud Welckerum: Ήσερ eine fretische Kolonie in Theben pag. 72 sqq. quibus exemplis adnumerari potest Steph. s. v. Καρδία. — <sup>8)</sup> II. p. 137.

colle situm.<sup>1)</sup> Stephanus hoc loco etiam Bisaltiam urbem commemorat, quae fortasse posita erat ad Bisaltem fluvium, nisi forte Stephanus illa Herodoti verba<sup>2)</sup> perperam intellexit.

Montes magis magisque a mari recedentes fauces seu potius vallem quandom efficiunt, Aulona quam dieunt,<sup>3)</sup> per quam vallem Bolbe laeus in Strymonium sinum effunditur, qui hoc loco flexum format ab Herodoto<sup>4)</sup> ὁ κόλπος ὁ ἐπὶ Ποσιδῆου nominatum. Hunc sinum Plinius<sup>5)</sup> quoque significare videtur: In ora rursus Posidium, et sinus cum oppido Cermoro; Kiepertus fluvium nominat Rhechium, quod nomen, quantum eisdem scio, uno tantum nititur Procopio.<sup>6)</sup> En verba ejus: Ρεῖ δέ τις ποταμὸς θεσσαλονίκης οὐκ ἀπωθεῖ, Ρήχειος ὄνομα ὃς δὴ χώραν ἀγαθήν τε καὶ γεώδη περιερχόμενος τὰς ἐκβολὰς εἰς Θάλασσαν τὴν ἐνετηνὴν ποιεῖται. Sinum Thermaeum intelligo, fluviique descriptio magis ad Anthemuntem quadrare videtur.

Ἐνθεῦτεν δὲ κόλπον τὸν ἐπὶ Ποσιδῆου ἐξ ἀριστερῆς χερὸς ἔχων ἦτε διὰ Συλέος πεδίου καλεομένου, Στάγειρον πόλιν Ἑλλάδα παραμειβόμενος. Herodotus et Plinius Posidium urbem statuere et ab Aulone ad septentriones posuisse videntur; fortasse nihil aliud nisi templum Neptuni erat. De Cermoro Pliniano non habeo quod dicam, haec vox corrupta esse videtur ex voce Kerdylium. Planities, quae usque ad oram pertinet, ab Herodoto Συλέος πεδίον vocatur, non infecunda est secundum Leackium.<sup>6)</sup> Hoc loco Arethusa,<sup>7)</sup> hodie Rendina vocata,<sup>8)</sup> sita erat et Bromiscus.<sup>9)</sup> Stephanus Bormiscum hanc urbem nominat. Euripidis sepulcrum aberat ab Amphipoli XX milia passuum, XI ab Apollonia.<sup>10)</sup>

Montes ad meridiem versus denuo assurgunt. In colle ad radices montis sito, qui supra sinum eminet, hodiernus vicus Stavros jacet. „The position is very much that of a hellenic town, the height being detached in front of the mountain flanked on either side by a torrent.“<sup>11)</sup> In ea parte, quae ad orientem spectat, supra torrentem vestigia sunt murorum antiquorum. Hoc loco Kiepertus Bromiscum, Leackius, sicuti Larcherius,<sup>12)</sup> Stagirum posuerunt. Quamquam

<sup>1)</sup> Thuc. V. 6: ἔσιι δέ τὸ χωρίον τοῦτο Ἀγγελῶν, ἐπὶ μετεώρου — οὐ πολὺ ἀπέχον τῆς Αμφιπόλεως. — <sup>2)</sup> Thuc. IV. 403. — <sup>3)</sup> VII. 115. — <sup>4)</sup> IV. 17 ed. Bipont. — <sup>5)</sup> De aed. IV. 3. — <sup>6)</sup> Travels in northern Greece III. p. 171. — <sup>7)</sup> Scyl.; Scymn. v. 634.; Plin. hist. natur. IV. 17 ed. Bip.; Steph. Byz. s. v. — <sup>8)</sup> Melet. II. 464. — <sup>9)</sup> Amm. Marc. 27, 4: Bromiscus cui proxima Arethusa convallis et statio est, in qua dicitur Euripidis sepulcrum; cf. Thuc. IV. 403; Plat. Lyc. c. 31; Plin. hist. natur. 31, 49 ed. Bipont.; Addaei ep. Anthol. ed. Jac. II. p. 226. — <sup>10)</sup> cf. itiner. Hieros. ed. Wessel. p. 604. — <sup>11)</sup> Leake travels III. p. 168. — <sup>12)</sup> Table géographique s. v. Stag.

Herodoti verba: ἐνθεῦτε δέ κόλπον τὸν ἐπὶ Ποσιθηρίου ἐξ ἀφιστερῆς χερὸς ἔχων  
ἥψε διὰ Συλέος πεδίου καλεομένου, Στάγειρον πόλιν Ἑλλάδα παραμειβόμενος signifi-  
care videntur, Stagirum urbem ad Syleos planitiem sitam fuisse, tamen alium  
quoque locum inveniemus, eundemque a scriptoribus antiquis digito tantum non  
monstratum, in queni haec verba aequa bene quadrant. Bromiscum vero hoc loco  
collocare pariter dubitamus, spectantes illum Marcellini locum et Thucydidem:  
καὶ ἀφικόμενος περὶ δεῖλην ἐπὶ τὸν Αὐλῶνα καὶ Βρωμίσκον κ. τ. λ. ubi Bromiscum ab  
Aulone ad septentriones versus, itaque, quemadmodum Marcellinus, proxime Are-  
thusam ponere videtur. Jam nobis percontantibus, quaenam urbs hoc loco sita  
fuerit, nomina tantum, neque ea certa quidem in promptu sunt, quae quum propter re-  
centiorum taciturnitatem tum propter veterum altum hac de re silentium regioni  
alicui tribuere non audemus. Estne Cermorum Plinianum,<sup>2)</sup> estne Alapta, urbs  
graeca, quam Scylax, qui ordine quodam urbium nomina recenset, hoc loco po-  
nere videtur? Sic ille: "Ακανθός ἐλληνίς, "Αλαπτα ἐξ Ἀρεθοῦσα.

Jam Arnae urbs sequitur; <sup>3)</sup> Stephanus Calarnam eam nominat, <sup>4)</sup> Mela  
turrim Calarnaeanam, qui eam a Stagiro ad septentriones versus collocare videtur.  
Verba ejus sunt <sup>5)</sup>: inter Strymona et Athon turris Calarnaea et portus κάποιον  
λιμήν, urbs Acanthus et Echymnia; quae ratio fortasse a Thucydide confirmatur, <sup>6)</sup>  
ubi Brasidam Stagiro urbe expugnata Arnis profectum esse ad Aulonem narrat.  
Vestigia urbis fortasse in jugo montium quaerenda; Leakius, qui littus sequebatur,  
nihil de ea tradit, neque veteres de situ ejus ullam certiorem definitionem exhibe-  
nt. Reperitur apud Stephanum urbs Arne τῆς Ἐρασνίων <sup>7)</sup> πρὸς τὴν Θράκην.  
Quod quum Stephanus e libro XXX. Theopompi hauserit, qui liber praecipue  
in enarrandis Chalcidicae rebus versatus esse videtur, hanc Arnam eandem cum  
nostra esse statuere non dubito, quamquam ab aliis scriptoribus hoc loco nulla  
regio commemoratur, cui Zeraniae nomen fuerit. <sup>8)</sup> De fluvio in Kieperi tabula  
depicto neque Leakius quidquam tradit, neque apud veteres ullum ejus vestigium  
occurrit. Jam ora hactenus satis angusta in vallem quandam excurrit, quae, etsi  
compluribus rivulis irrigatur, sterilis est. <sup>9)</sup> Ad portum huic planicie continentem  
vestigia apparent muri e lapidibus parvis confecti et in promontorio quodam ex-  
structi; alia urbis antiquae vestigia, sicuti insula parva ante portum sita, cui insulae

<sup>1)</sup> IV. 103. — <sup>2)</sup> Plin. h. n. IV. 17. sinus cum oppido Cermoro. — <sup>3)</sup> Thuc. IV.  
103. — <sup>4)</sup> καλὴ Ἀρνη? — <sup>5)</sup> Il. 2. — <sup>6)</sup> IV. 88 et 103. — <sup>7)</sup> Berkelius emendavit Ζη-  
γαρίων. — <sup>8)</sup> cf. Ziemann de bello olynth. p. 6. — <sup>9)</sup> Leake: Travels in northern Greece  
pag. 165.

hodie Kaskana nomen est, haud dubium relinquunt, quin hic Stagirus, patria Aristotelis sita fuerit. Strabo<sup>1)</sup>: ἐν τῇ λαμῆν, ὄνομα κάπρος, ταὶ νησίον ὁμώνυμον τῷ λαμένῃ. Stephanus Στάγειρα, neutr. eam appellat; eadem formam fem. gen. habet Diogenes Laërtius. Portus, planities atque parietinae urbis hodie Lybjadha appellantur; <sup>2)</sup> a Meletio, <sup>3)</sup> qui et ipse Stagirum hoc loco collocat, Λιμνιὰδα vocantur. Urbs, Andriorum colonia, postea Chalcidensium facta, Alexandri Magni aetate deserta erat et strata prope ruinis. Aristotelis auctoritate denuo restaurata est, nullius tamen momenti fuisse videtur, quum ne unus quidem hujus urbis numerus repertus sit, quamquam Eckhelius ad eam refert numeros cum inscriptione Ὀρθαρογέων. <sup>4)</sup>

Jam inde usque Acanthum Leakius, cuius vestigia premo, non littus sequatus est, sed montes transiit. In dorso jugi atque ea quidem in parte, quae inter occasum brumalem et meridiem spectat, hodiernum oppidum Nisvoro est. Ad occidentem versus quum montes intermittent, via aperitur ad eas regiones, quae in septentriones spectant, qua via quum Xerxes olim exercitus sui partem Thessalianicam duxit, <sup>5)</sup> tum vel nostra aetate ad eandem urbem patet aditus. In propinquuo est haud exiguae altitudinis mons, Solomon sive Cholomon hodie dictus. <sup>6)</sup> Ex eo monte fluvii alii in aliam partem profluent. Duo torrentes e summo Cholomone orti binis constant rivulis. Inter partes ejus torrentis, qui ad orientem vergit, Kiepertus Augaeam urbem posuit, ubi a Leakio quoque ruinae reperiuntur sunt. <sup>7)</sup> Nomen hujus urbis fortasse cohaeret cum argenti metallis, unde hodie tota haec regio nomen Mademochoria traxit. Ad littus septentrionale sinus Acanthii in monte castellum graecum situm est, supra parvam planitiem, ubi ruinae urbis sicuti in littore portus antiqui vestigia reperiuntur. Hodie Straloni hic locus vocatur, unde collegaris Stratoniceam hoc loco sitam fuisse. At Ptolemaeus<sup>8)</sup> eam in Singitico collocat sinu; verba ejus sunt: καὶ ἐν τῷ σιγγιτικῷ κόλπῳ Στρατονίκη, Ακανθός, Σίγγος; quocum Meletius facit, <sup>9)</sup> qui dicit: Στρατονίκη ἐν τῇ χαλκιδικῇ χώρᾳ, πρὸς τὴν ὑπώραν τοῦ Ἀθωνος, εἰς τὴν βορέαν ἕκσταν τοῦ σιγγιτικοῦ κόλπου. Ex montibus ad Nisvoro oppidum sitis oritur fluvius, qui in sinum Acanthium sese effundit. Ad hunc fluvium Kiepertus Arnas posuit, apud Leakium vero, qui accurate

<sup>1)</sup> Epit. XVI. Pal. ed. ster. — <sup>2)</sup> Leake I. l. p. 166. — <sup>3)</sup> II. 464. — <sup>4)</sup> De Stagiro urbe vide sis Tzetz. Chil. VII. 140, Dionys. Hal. ep. ad. Ammaeum p. 121; Dio Chrys. or. 47; Böhnecke: Forschungen auf dem Gebiete der attischen Redner pag. 197; Aeliat Var. hist. XII. 54 ibique Perizonium, et III. 46; XIII. 2 ibique Periz. — <sup>5)</sup> Herod. VII. 124. — <sup>6)</sup> cf. Böhn. Forschungen xc. p. 100, — <sup>7)</sup> I. l. III. p. 162; cf. Melet. II. 464; Ptol. III. 13. — <sup>8)</sup> III. 13. — <sup>9)</sup> II. p. 463, 64.

hanc regionem descripsit, nullae hoc loco urbis antiquae ruinae commemorantur. Qui ad meridiem versus porrigitur montes magis magisque considunt et secundum Leakium<sup>1)</sup> ad hodiernum oppidum EriSSum procurruunt. Situm est hoc oppidum in colle supra planitiem fertilem. Vestigia portus antiqui sicuti murorum ruinae in colle, Acropoli secundum Leakium<sup>2)</sup> aliaeque ad ejus radices unicae sunt reliquiae Acanthi, Andriorum coloniae.<sup>3)</sup> Testis oculatus Herodotus est,<sup>4)</sup> ex quo appetet Xerxem congregatam classem Acantho dimisisse ad pernavigandam fossam, cuius infra mentionem faciemus. Sic pristinis utique temporibus ad Strymonium sinum urbs sita erat. Neque aliter Scylax statuere videtur: Ἀθως ὄρος, Ἀκανθώποι ἐλληνίς, Ἀκανθός; porro Scymnus: τὸν Ἀθω δέ παραπλεύσαντι παράλιος πόλις Ἀκανθός ἔστιν, Ἀνδρίων ἀποσκία, quum ab occidente ad orientem versus urbes recenseat; etiam Diodorus in sinu Acanthio eam collocat, item Plinius,<sup>5)</sup> qui, postquam Athonem montem descripsit, addit: oppidum Cassera faucesque alterae isthmi, Acanthus, Stagira etc. Attameu Strabo eam in Singitico sinu ponit; epit. XXXI. Vat. ed. Tafel: μεθ' ἦν Ἀκανθός ἐπὶ τῷ ἰσθμῷ τοῦ Ἀθω κειμένη πόλις, Ἀνδρίων κτίσμα, ἀφ' ἧς συχνοὶ καὶ τὸν κόλπον Ἀκάνθιον καλοῦνται. Magis etiam sententia ejus appetet ex libro VII. epit. XVI. ed. ster. p. 132: ὅτι Ἀκανθός πόλις ἐν τῷ οιγυπτικῷ κόλπῳ ἔστιν παράλιος, πλησίον τῆς του Ξέρξου διώρυχος, quocum Ptolemaeus facit<sup>6)</sup>: καὶ ἐν τῷ οιγυπτικῷ Σιρατονίκῃ, Ἀκανθός, Σύγγος.<sup>7)</sup> Mirifica sane res est, quod in littore sinus Strymonii et Singitici easdem urbes videmus esse collocatas, quod quum ad Stratonicęam urbem jam observavimus, tum in situ Dii urbis factum esse reperiemus. Ea difficultate hoc modo fortasse expedimur, si statuimus urbes ad Strymonium sinum sitas porlus et emporia quoque habuisse in sinu Singitico, id quod eo probabilius est, quum sine dubio multum harum urbium interesset, ut mercandi causa in Hellespontum et Graeciam versus portus haberent.<sup>8)</sup> Hoc modo fortasse diruta Xerxis fossa periculosa circa Athonem montem navigationem vitabant; postea vero, opinor, haec in emporia incolae sese contulerunt. Acanthi emporium Echymnia seu potius Elymnium appellabatur.<sup>9)</sup> Jam eo certius situm ad sinum Strymonium urbi Acantho assignare possumus, quum hoc loco plurimi numi argentei Acanthiorum reperi sint et usque reperiantur.

<sup>1)</sup> I. l. p. 158. — <sup>2)</sup> ib. p. 447. — <sup>3)</sup> Melet. II. p. 463; cf. Polyaen. VI. p. 468; Athen. Deipnos. I. 30 c. — <sup>4)</sup> VII. 424. — <sup>5)</sup> IV. 10. — <sup>6)</sup> III. 13. — <sup>7)</sup> cf. Liv. XXXI. 45. — <sup>8)</sup> Liv. XLV, 30: maritimas quoque opportunitates ei praebent portus — alii ad insulam Euboeam alii ad Hellespontum opportune versi. — <sup>9)</sup> cf. Böhn. I. 1. p. 112.

Planities ad Erissum oppidum includuntur collibus ab altero sinu ad alterum porrrectis. Herodotus <sup>1)</sup>: καὶ κολωνοὶ οὐ μεγάλοι ἐπειδὴς τῆς Ἀκανθίων ἐπιθάλασσαν τὴν ἀντίον Τορόνης. Per eos via patet ad isthmum Actes peninsulae, hodie Provlaka nominatum. <sup>2)</sup> Hoc loco fossa Xerxis erat, cujus plurima apud veteres exstant testimonia. At jam tunc fuerunt, qui hanc fossam nullam fuisse continebant. Strabo <sup>3)</sup>: ἐνταῦθα δέ καὶ διώρυξ δείχνυται ἡ περὶ τὴν Ἀκανθὸν — καθ' ἣν Ξέρξης τὸν Ἀθω διορύξα λέγεται καὶ διαγεγένη ἐκ τοῦ Σερυμονικοῦ κόλπου διὰ τοῦ ὑδροῦ δεξάμενος τὴν θάλασσαν εἰς τὴν διώρυχον. Δημήτριος δὲ ὁ Σκῆψις οὐκ οἶεται πλευσθῆναι τὴν διώρυχα ταύτην. Μέχρι μὲν γὰρ ἡ σταδίων εἴγεων καὶ ὅρυκτὴν εἶναι, διορογύχθαι δὲ ἐπὶ πλάτος πλεθρωμάτων εἰτ' ὑψηλὸν εἶναι πλαταμῶνα σταδιαῖον σχεδόν τι τὸ μῆκος, ὅσον οὐκ ἐνὸν ἐκλατομηθῆναι δι' ὅλου μέχρι θαλάσσης, εἰ δέ καὶ μέχρι δεῦρο οὐ γε καὶ κατὰ βυθον, ὥστε πόρον γενέσθαι πλωτόν. Ex recentioribus hanc fossam in dubium vocaverunt Belonius, Cusinerius <sup>4)</sup> et postremus Zachariae in itinerario Orientis. At vidit et descriptis eam Herodotus, <sup>5)</sup> diserte et plane commemoratur a Thucydide, <sup>6)</sup> quamquam illis temporibus jam diruta fuisse videtur, quum Cleon Amphipolin petiturus Athonem montem classe circumvehetur. <sup>7)</sup> Inter recentiores fossam tuentes Choiseul-Gouffier <sup>8)</sup> et Leakius, gravissimus harum rerum judex, qui dicit <sup>9)</sup>: the ground seems made expressly to tempt such a undertaking. Operam in ea facienda insumptam diserte describit Herodotus. <sup>10)</sup> Fossa ad Sanen urbem erat, in longitudinem secundum Scymnum septem stadia patebat, id quod minus accuratum esse videtur, quum isthmum XII stadia longum esse Herodotus auctor sit. <sup>11)</sup> Plinius <sup>12)</sup>: fretum, quo montem Athon Xerxes, rex Persarum, continentis abscondit in longitudine passum MD; — qui numerus secundum Leakium justo major est. Latitudo tanta erat, ut duae naves una navigare possent. Vel nostra aetate vestigia ejus exstant, quae in medio isthmo maxime esse conspicua Leakius refert. Eam freti partem, quae ad meridiem spectat, colles utrimque prosequuntur ac rivulus, qui hoc loco nullo obstante impedimento in Singiticum sinum se effundit. In septentrionali parte lacus seu potius stagnum est, ubi ruinae antiquae urbis conspiciuntur, — Apolloniae fortasse. Plinius: oppidum in cacumine fuit Acrothon, nunc sunt Uranopolis, Palaeorion, Thyssus, Cleone, Apollonia. Jam altera in parte isthmi mons altus eminet, quo in monte urbs Sane sita erat, Andriorum colonia, cuius adhuc non-

<sup>1)</sup> VII. 22: — <sup>2)</sup> Melet. II. p. 357; cf. Böhn. I. I. p. 158. — <sup>3)</sup> Epit. Vat. XXXIV ed. Tafel. — <sup>4)</sup> Voyage dans la Macédoine p. 153. — <sup>5)</sup> VII. 23. — <sup>6)</sup> IV. 109. — <sup>7)</sup> Thuc. V. 3. — <sup>8)</sup> Voyage pittoresque etc. II. — <sup>9)</sup> I. I. p. 145. — <sup>10)</sup> VII. 23. — <sup>11)</sup> cf. quoque Demetrium apud Strab. I. I. — <sup>12)</sup> IV. 10.

nulla ibi exstant vestigia. In isthmo eam sitam fuisse Herodotus tradit<sup>1)</sup> ἐν δέ τῷ ἴσθμῳ τούτῳ, ἐς τὸν τελευτὴν δὲ Ἀθως Σάνη πόλις Ἑλλὰς οἰκηται, et hac quidem in parte eam collocatam fuisse Thucydides probat<sup>2)</sup> πόλεις δέ ἔχει Σάνη μὲν παρ' αὐτὴν τὴν διώρουχα ἐς τὸ πρὸς Εὔβοιαν πέλαγος τετραπλένην.<sup>3)</sup> Hoc loco Strabo<sup>4)</sup> Uranopolin commemorat, quam Leakius et Kiepertus in Sanae loco collocant. Strabo dicit: εἰτί οὐφρήλον εἶναι πλαταμῶνα σταδιαῖον σχεδόν τι τὸ μῆκος — ὅπου Ἀλεξαρδον τὸν Ἀντιπάτρου πόλιν ὑποδείμασθαι τὴν Οὐρανόπολιν λέγειν τὸν κύκλον ἔχουσαν.<sup>5)</sup> In nummis haec urbs Οὐρανίων πόλις vocatur. Inde per medium peninsulam jugum montis procurrit, qui dimissis in utramque partem ad mare compluribus ramis in extrema Acte amplius V milibus pedum assurgit. Huic monti Athos nomen erat. Herodotus<sup>6)</sup> dicit: ὁ Ἀθως ἐστὶ ὁρος μέγα τε καὶ οὐρανοπαστὸν — τῇ δέ τελευτῇ ἐς τὴν ἥπειρον etc. Plinius: mons ipse a planicie excurrit in mare LXXV mill. passuum. Ambitus radicis centum quinquaginta mill. colligit.<sup>7)</sup> Quodsi Athos totus mons erat, finis ejus ἄκρος Ἀθως appellari poterat, cuius rei vestigia in oppidi Acrothoi nomine fortasse remanserunt, quod oppidum etiam a veteribus in extrema parte montis collocatur, non, ut recentiores quidam censem, ambigua voculae illius significazione decepti, in cacumine, ubi vix. sacello satis spatii relictum est. Athos mons a veteribus miris effertur laudibus, partim quod multum supra montes finitos eminet, partim quod magnam post Persarum cladem adeptus est gloriam. Solis ortus citius inde observatus, mons ipse supra nubes imbrisque elatus, umbra montis Myrinam usque porrecta, incolarum vitae spatium solito longius, ara et simulacrum Jovis in fastigio passim a Graecis scriptoribus memorantur.<sup>8)</sup> Ab hoc monte duo promontoria excurrunt, Acrathos hodie Zmyrna et ad occidentem versus Nymphaeum hodie St. Georg, just such a place as we may suppose to have been a Nymphaeum — from whence mount Athos rises abruptly to the very summit.<sup>9)</sup>

<sup>1)</sup> VII. 22. — <sup>2)</sup> IV. 409. — <sup>3)</sup> cf. Steph. Byz.; Frontin. Strateg. III. 3, 5; Plut. quaest. graec. 30. — <sup>4)</sup> Epit. Vat. 34. ed. Tafel; cf. Plin. VI. 10. — <sup>5)</sup> cf. Athen. III. 98, e.; Cousinéry I. l. p. 151 sq. — <sup>6)</sup> VII. 22. — <sup>7)</sup> cf. Scymn. v. 643 sqq. — <sup>8)</sup> Strab. VII. epit. 34 Vat. ed. Tafel; epit. 16. ed. ster.; Mela: Athos mons est adeo elatus ut credatur altius etiam quam unde imbrues cadunt surgere. Steph. Byz. s. v. Ἀθως; Apollon. Rhod. I. v. 601; Stat. Theb. V. 51; Aeschyl. Agam. v. 293; Hesych. s. v. Ἀθως; Plut. de facie in orbe lunae t. II. p. 935 (p. 374 ed. ster.); Aelian. Var. hist. 9, 10.; Plin. Natur. Hist. VII. 2 Bip.; Herod. VI. 44; VII. 37; Ammian. Marc. XXII. 8, 2 ed. ster. — <sup>9)</sup> Leake I. l. III. 114, 115.

Quinque urbes in hac peninsula fuisse Diodorus Siculus auctor est,<sup>1)</sup> quarum nomina ordine recensentur ab Herodoto et Thucydide:

Her.<sup>2)</sup>: *Διον, Ολόφυξος, Ακρόθωον, Θύσσος, Κλεωναί.*

Thuc.<sup>3)</sup>: *Θύσσος, Κλεωναί, Ακρόθωον, Ολόφυξος, Διον.*

Uterque consentit; quas enim urbes Herodotus ita enumeral, ut bis ab ea parte incipiens, quae ad occidentem spectat, primo nomina oppidorum in septentrionali littore sitorum recenseat, deinde eorum, quae meridianam oram adjacent, eas igitur urbes Thucydides, quasi peninsulam navi circumvectus esset, ab urbe Thyso initio facto deinceps usque ad urbem Dium persequitur. Scylax dicit: *Διον, Θύσσος, Κλεωναί, Αθως ὄρος, Ακρόθωον, Χαράδραι, Ολόφυξος.* Prorsus cum illis congruit, nisi quod Dium in meridiana peninsulae parte collocat atque novam urbem Charadrias addit. Strabo nullo ordine observato has urbes enumera<sup>4)</sup>: *Κλεωναί, Ολόφυξος, Διον, Θύσσος.* Plinius more suo ordinem harum urbium perturbavit; ea res vero digna est, ad quam animum advertamus, quod Thyssum et Cleonas una nominavit.

Jam tali modo montium tractu delineato, urbium ordine recensito nunc quidem in periegesi nostra pergemus singulas urbes perlustraturi. Quarum situm si quaerimus, hoc fortasse veluti axioma quoddam statuere possumus, situm earum iis locis convenisse, ubi hodie coenobia jacent. Propterea parvae fuerint necesse est, sicuti Mela quoque eas appellavit parvas Pelasgorum colonias. Transgressus Megalen Biglam, jugum quoddam a Zachariaeo in itinerario Orientis commemoratum ruinas invenies ab eodem indicatas, a Leakio silentio praetermissas. Hoc loco Dium haud dubie situm erat, quam urbem Leakius<sup>5)</sup> in ipso isthmo collocandam censet, quippe quum omnes scriptores hoc oppidum proxime isthmum ponere videantur. At Herodotus minime illam rationem confirmare videtur<sup>6)</sup>: ἐν δέ τῷ ἰσθμῷ τούτῳ, ἐς τὸν τελευτὴν ὁ Ἀθως, Σάνη πόλις Ἑλλὰς οἰκηγεῖται. αἱ δέ ἐντὸς Σάνης, ἔσω δέ τοῦ Ἀθω οἰκημέναι, τὰς τότε ὁ Πέρσης ηγιαστιδας ἀντὶ ἡπειρωτίδων ὥρμητο ποιέειν, εἰσὶ αὖθε, Διον κ. τ. λ. Kiepertus haud scio an Scylacem sequutus in ora meridiana eam posuit. Ad hanc urbem refert Millingenus<sup>7)</sup> numum, cuius in parte antica caput Herculis cum pelle leonina, in parte aversa clava et uva conspicitur cum inscriptione *ΑΙΑΤΩΝ*. Primum coenobium, quod Leakius in parte septentrionali commemorat, est Chilantari.<sup>8)</sup> Juxta Chilantari jacet Simenu ad ostium torrentis in angustam vallem irrumpentis atque in sinum parvum, a tem-

<sup>1)</sup> XII. e. 68 ed. ster. — <sup>2)</sup> VII. 22. — <sup>3)</sup> IV. 109. — <sup>4)</sup> Lib. VII. epit. 34 Vat.

— <sup>5)</sup> I. l. p. 151. — <sup>6)</sup> VII. 22. — <sup>7)</sup> Sylloge etc. p. 44 Pl. IV. Nr. 20. — <sup>8)</sup> I. l. p. 140.

pestatibus satis tutum, sese effundentis. In summo colle inter Chilantari et Simenu sito turris est. In ore vulgi portus aliaque coloniarum graecarum vestigia feruntur. Leakius et Kiepertus hoc loco ponunt Holophyxum, patriam Herodoti, qui de nymphis et deabus scripsit.<sup>1)</sup>

Vatopedhi beautiful situated on a commanding height, separated from the shore of a little bay. Regio amoena, rivulo irrigata, plena arborum frugiferarum. His ex naturae commodis conjunctis cum nonnullis sepulcrorum elogiis facile colligas urbem antiquam hoc loco quondam sitam fuisse. Leakius et Kiepertus ibi ponunt Charadrias. Jam sequitur Lavra in promontorio Zmyrna, olim Acrothoon sive Acrathos nominato, quod Leakius quoque promontorium fuisse censet. Hac in parte portus quoque ille, quem Aeneae vocabant,<sup>2)</sup> situs fuerit necesse est; hue pertinet illa fabula a Schol. Hom. ad Il. XIII. 459 narrata, Aeneam ad haec littora naufragium fecisse. In ora meridiana peninsulae duobus praecipue coenobiis immoratur Leakius: Zographu, ubi Thyssum, et Xeropotamu, ubi Cleonas collocat. Mela<sup>3)</sup> Cleonam tantum in peninsula Acte commemorat, quem ad locum Weicherthus<sup>4)</sup> haec annotavit: quam considerant Chalcidenses οἱ ἐν τῷ Ἀθῷ ex Elymno migrantes. In regione, ubi hodie Xeropotamu coenobium situm est, Leakius repperit haud contempnendas antiquitatis reliquias: aram in littore, nonnullas columnas, alia urbis antiquae vestigia. Portum Panormum complures insulae parvae a tempestibus tutum reddunt, quarum maxima hodie Muliani nominatur. Littus septentrionale sinus Singitici parvis collibus circumdatur, qui quum in medio sinu paullulum in mare procurrant, promontorium efficiunt hodie C. Mávro nominatum, ubi ad occidentem versus Palaeo-Kastrum quoddam est. Hic sita erat Assa urbs<sup>5)</sup> a Plinio Cassera nominata. Aristoteles<sup>6)</sup> regionem hanc vocat Ασσηρίτις atque in ea commemorat fluvium Psychrum.<sup>7)</sup> Loco Ασσηρίτις fortasse Ασσηρίτις scriendum est, quippe quum Theopompos in libro XXIV. apud Stephanum<sup>8)</sup> sic hanc urbem appellebat, quam secundum Herodotum Stephanus quoque Ασσα nominat. Stephanus<sup>9)</sup> Eudoxum sequens in hac peninsula collocat Chalcidem urbem, quam hac in terra nullam fuisse jam ante Otofredum Müllerum<sup>10)</sup> observavit Böckhius.<sup>11)</sup> Sensus, quem unum ex loco Stephaniano extorquere

<sup>1)</sup> Steph. s. v. Οἰλ. — <sup>2)</sup> Liv. XLV, 30 portus ad Toronen ac montem Atho, Aeneae vocant hunc; cf. Tafel de Thessalonica p. 256. — <sup>3)</sup> II. 2. — <sup>4)</sup> p. 99. — <sup>5)</sup> Her. VII. 22. — <sup>6)</sup> Hist. anim. 72, 1 ed. Becker. — <sup>7)</sup> Cochrynam eum Thraces vocabant; Antigonus mirab. c. 84; cf. Ael. hist. anim. 8, 21. — <sup>8)</sup> s. v. Α. — <sup>9)</sup> s. v. Χαλκίς. — <sup>10)</sup> Göttinger gel. Anz. 1833. — <sup>11)</sup> Staatshaushaltung d. Athener II. p. 285; cf. Böhn. I. l. p. 111 not. 5.

possum, is est, ut eam partem μετὰ δὲ τὸν καὶ τὸν λ. appositum quoddam esse putem ad illustrandam priorem partem ἐστὶ δὲ καὶ ἐν Ἀθῷ καὶ τὸν λ. adhibitum. Jam hunc in modum interpretor: est etiam alia Chalcis, eaque terra, sicuti antea de Chalcide insula ad Lesbum sita loquulus erat, ad Atho montem, atque ea quidem inde ab Atho monte usque ad Pallenēn porrecta, peninsula, quae in utraque parte sinum efficit profundum et vastum, Chalcidis sinum quem dicunt. Quem sensum si statueris, nihil huic loco inest, in quo offendere possis aut qui aliorum scriptorum locis repugnet. Constat enim inter omnes, Chalcidis Euboicae colonias hanc medianam peninsulam praecipue tenuisse<sup>1)</sup> et siquidem Stephanus significare videtur sinus quoque hanc peninsulam alluentes Chalcidenses esse appellatos, nihil est, quod in hac re veluti in incili quodam adhaerēamus. Prope Assam urbem ad occidentem versus collis est, initium jugi montium, qui usque ad Sithoniae isthmmum procurrunt. Hic planus est atque latior quam is, qui Pallenēn et Acten eum continente conjungunt. Juxta eum in sinu Singilico insula Dhiaporo sita est prope Pilorum urbem. Ad meridiem versus mons assurgit, hodie Kárwuna dictus, ex quo juga procurrunt, quae littus prosequentia usque ad hodiernum oppidum Sykia sese porrigit ibique promontoria efficiunt. Huc referenda est illa στόρσθυγξ Τύτωνος apud Lycophronem<sup>2)</sup>:

τῷ πάσαι Φλέγρας αἵα δουλωθήσεται  
Θραμβονοία τε θειρᾶς η τ' ἐπάκτιος  
στόρσθυγξ Τύτωνος αἵ τε Σιθόνων πλάνες.

Peninsula hodie appellatur Longos, ut Leakius<sup>3)</sup> dicit: from its being principally a forest. Urbium ordo ab Herodoṭo traditur<sup>4)</sup>: "Ἄσσα, Πίλωρος καὶ Σίγγρος καὶ Σάργη, Τοράνη, Γαλῆρός, Σερμύλη, Μηχύβερα, Ὁλινθος, η μέρι την χάρην αὐτη Σιθωνή καλέεται. Assam igitur Pilorus urbs excipit. De rainis ejus Leakius nihil refert. A veteribus raro commémoratur. Stephanus<sup>5)</sup> dicit: πόλις περὶ τὸν Ἀθώ. Sequitur Singus, quam Meletius<sup>6)</sup> ponit εἰς τὴν παραθαλασσαῖν ὑπόγειαν τοῦ Ἀθωνός ἐν τῇ χαλκιδικῇ χώρᾳ; a Kieperio prope insulam Dhiaporo, a Leakiō magis ad meridiem versus in loco collocatur, quo hodie oppidum Sykia situm est, ubi Kiepertus posuit Sartam prope Kartali promontorium. Jam si quaeris, quoniam testimonio usus Leakius talem urbi situm assignaverit, fallax nominis hodierni similitudo est, quae eum talem ad rationem ineundam movit. De portuum hujus littoris praestantia, ex qua haud contemmendum testimonium repetere

<sup>1)</sup> Strab. X. p. 323 ed. ster. — <sup>2)</sup> V. 1204 sq. — <sup>3)</sup> Ill. p. 418. — <sup>4)</sup> VII. 122. — <sup>5)</sup> S. v. Πλά. — <sup>6)</sup> Il. p. 463.

possemus, nihil dicit Leakius, neque quidquam assert de ruinis harum urbium, sed multus est in ea quaestione dijudicanda, quinam locus Ampelo promontorio sit assignandus. Quod quum Herodotus eumque procul dubio sequutus Stephanus nominat *Τορωνάην ἄκρην*<sup>1)</sup> Leakius non dubitat collocare ad occidentem versus a promontorio Derrhi, hodie Dhrepano. Ampelum Plinius in urbium numerum ascribit. Verba ejus sunt: oppida Physcella, Ampelos, Torone, Singos; eique Hesychius<sup>2)</sup> adstipulari videtur: αἰγαλὸς καὶ πόλις θράκης<sup>3)</sup> ἡ Ἀμπελός. Dubium est, num hic sint referendae urbes, quas Agroites apud Stephanum s. v. Ἀμπ. nominat. Pariter Derrham Plinius urbem appellat, quam Meletius quoque<sup>4)</sup> in numero urbium reponit atque sua aetate Deterram appellatam esse et viginti μίλια a Torone absuisse narrat. Derrhis promontorium a Meletio Κάβο Φάσσο quoque vocatur πλησίον τοῦ κωφοῦ λιμένος. Hic portus ad septentrionem versus jacet; vestigia nominis in hodierno nomine Kufo remanserunt; commemoratur porro a Mela<sup>5)</sup> atque Suida: ὁ ἐν Τορωνῇ τῆς θράκης λιμὴν στενὰς ἔχει καὶ μακρὸς τὰς ἀπὸ τοῦ πελάγους κατάρρεις, ὡς μὴ ἀκούεσθαι ἐν αὐτῷ τὸν τῆς θαλάσσης ὥχον. Ex hac portus Toronaeorum natura fluxit proverbium apud Graecos pervulgatum: κωφότερος τοῦ Τορωνίων λιμένος,<sup>6)</sup> id quod minus recte intellexisse videtur Meletius.<sup>7)</sup> Thucydides<sup>8)</sup> hoc loco commemorat τὸν Κολοφωνίων λιμένα quae lectio fortasse in κωφόν mulanda est. — Jam sequitur Torone urbs, cuius ruinae etiam nunc antiquum retinuerunt nomen a Protei sive Neptuni et Phoenicae filia repetitum.<sup>9)</sup> Urbem et loca, quae circumjacent, descriptis Thucydides.<sup>10)</sup> Ad septentrionem versus tria stadia ab urbe remotum templum erat Castoris et Pollucis. Ibi Brasidas Toronen pelitus castra posuit. Arcem Lecythum Kiepertus ad septentrionem versus posuit. Erat praeterea hoc loco templum Minervae, cui Brasidas diruto castello agrum finitimum ut τέμενος dedicavit. Urbs ipsa ad collum erat sita; non procul ab ea lacus erat, hac re insignis, quod ibi faba gignebatur, quam aegyptiacam vocabant.<sup>11)</sup> Leakius de hodierno ruinarum statu nihil refert; idem silentio praeterit ceteras urbes, quae hac in parte Chalcidice sitae erant. Galepsum commemorant Stephanus et Hesychius. Physcella oppidum commemoratur a Plinio et Mela II. 3, ubi loco Miscellam Physcellam scribendum est. Leakius<sup>12)</sup> censet Galepsum postea nomen Physcella accepisse ad eam distin-

<sup>1)</sup> cf. Liv. XXXI. 45. — <sup>2)</sup> s. v. Ἀμπ. — <sup>3)</sup> καὶ? — <sup>4)</sup> II. p. 462. — <sup>5)</sup> II. 3.

<sup>6)</sup> Plut. provv. quibus Alex. usi sunt p. 567 ed. ster. — <sup>7)</sup> II. p. 463. — <sup>8)</sup> V. 2. —

<sup>9)</sup> Steph. s. v. Τορ. — <sup>10)</sup> IV. 110 sqq. — <sup>11)</sup> De Torone urbe vide sis Liv. 28, 7. 44; 12. 45, 30. — <sup>12)</sup> p. 155.

guendam ab altera Galepsō in Thracia sita, cuius Livius mentionem facit.<sup>1)</sup> Proxima urbs Sermyle est. Situs hujus urbis indicatur hodierni oppidi nomine σταῖς Ἐρμύλαις, στά' Ορμύλαια vel Ρωμύλαια. Commemoratur a Thucydide,<sup>2)</sup> Scylace, Stephano. Ad hanc urbem inscriptio quoque referenda est, quam typis describendam curavit Böckhius.<sup>3)</sup> Ad occidentem versus a Sermyle urbe ille fluvius in mare se effundit, de quo supra scripsimus. Ultra hunc fluvium juga porrigitur, quae a Calauro monte ad meridiem versus excurrunt. Haec regio hodie Khasika appellatur. The Kh. comprehend all the ἥμερα βοῦνα or cultivable heights and undulated country, which fall southward from those mountains to the toronaic and thermaic gulfs.<sup>4)</sup> Hanc regionem veteres Bottiaeam vocabant. Ibi ad radices Calauri montis prope hodiernum oppidum Polighyro sita erat Apollonia Chalcidensis. Hanc esse illam Xenophonteam, non quae in monte Atho sita fuisse dicitur, inde apparet, quod Derdas e regno suo profectus atque Olynthum petiturus Apolloniae aliquantum temporis commoratus est;<sup>5)</sup> nonaginta stadia aberat ab Olyntho.<sup>6)</sup> Hegesandrus apud Athenaeum<sup>7)</sup> hoc loco duos fluvios Ammiten et Olynthiacum commemorat, qui in Bolben lacum effundebantur. Ceterum hac in regione sitae erant Miacorus et Milcorus, quas Stephanus e Theopompo affert. Sed ad litus revertimur, ubi Mecyberna sita erat. Ruinae ejus jacent ad hodiernum vicum Molivo-Pyrgho. Ab Olyntho, cuius emporium erat, viginti stadia distabat.<sup>8)</sup> Plinius eam non commemorat, sinum vero Mecybernaeum appellat. Scylax mentionem ejus facit; Stephanus urbem jam in Pallene peninsula collocat. Secundum Herodotum etiam Olyntus, patria Callisthenis philosophi, in Sithonia sita erat; rectius Stephanus<sup>9)</sup>: "Ολυνθός πόλις θράκης πρὸς τὴν Σιθωνίαν. Ruinae ejus circa hodiernum vicum Αἴος Μάμας reperiuntur.<sup>10)</sup> Ab urbe Potidaea sexaginta stadia aberat;<sup>11)</sup> ad oppidum Bolyke palus erat<sup>12)</sup> et locus κανθαρώλεθρον nominatus.<sup>13)</sup> Urbem loco excenso atque edito fuisse Thucydides<sup>14)</sup> refert, ubi Scholiasta annotavit: ὑψηλὸν γὰρ τὸ χωρίον ή "Ολυνθός. Fluvium commemorat Xenophon.<sup>15)</sup> Kiepertus in utraque parte urbis depinxit

<sup>1)</sup> XLIV. 43. — <sup>2)</sup> I. 65. — <sup>3)</sup> Corpus inscriptionum I. p. 304. — <sup>4)</sup> Leake travels etc. p. 162. — <sup>5)</sup> Xen. Hellen. V. 3 in. — <sup>6)</sup> Xen. I. l.; cf. Liv. 45, 28; Itiner. Anton. p. 320. — <sup>7)</sup> VIII. p. 205 ed. ster. — <sup>8)</sup> Strabo VII. epit. 13 ed. ster.: ὅτι τῆς Ολύνθου ἐπίνειόν ἔστι Μηχύβερνα κ. τ. λ.; cf. Thuc. V. 39. — <sup>9)</sup> s. v. Ολ. — <sup>10)</sup> Leake I. l. p. 154. — <sup>11)</sup> Thuc. I. 63. — <sup>12)</sup> Her. VIII. 127; Athen. VIII. 3. — <sup>13)</sup> Strabo VII. epit. 14 ed. ster.; Melet. II. 463; Plin. XI. c. 34 p. 269 ed. Bip. — <sup>14)</sup> I. 63. — <sup>15)</sup> Hellen. V. 3, 3 et 4.

fluvium Ammiten et Olynthiacum; timeo ne uno haec res nitatur testimonio Hesgesandri <sup>1)</sup>: περὶ Ἀπολλωνίων τὴν χαλκειὴν δύο ποταμοὶ ὑέουσιν, Ἄμυτης καὶ Ὁλυνθιακός. Εμβάλλουσι δέ ἀμφότεροι εἰς τὴν Βόλβην λίμνην. Quid est, quod Kiepertus priorem partem sequutus alteri fidem non habuerit? De Olyntho separatum scripsit libellum Voemelius, quem libellum a me in rem meam converti non potuisse aegre fero. Prope Olynthum urbs Spartolus sita erat, cuius nominis vestigia fortasse in hodierno Ποσταρά remanserunt. In eadem regione, cui Bottiaeum nomen erat,<sup>2)</sup> Strabo Scolum quoque collocat<sup>3)</sup> ἦν δέ καὶ τὸν περὶ Ὁλυνθὸν πόλεων — Σκάλος. A Scylace, Scymno, Mela, Plinio, Ptolemaeo neque Spartolus neque Scolus commemoratur. Stephanus Spartolum tantum assert e secundo libro Thucydidis. In collocanda Spartolo a Kiepero dissentio. Urbs magis inter septentriones et orientem solem sita fuisse videtur, id quod Thucydides<sup>4)</sup> quum verbo προπέμπειν εἰς Ὁλυνθὸν significat, tum hac re apparel, quod Callias, quum Gigono prefectus Potidaeum contenderet,<sup>5)</sup> si Spartolus ad occidentem versus ab urbe Olyntho sita fuisset, Spartolum primam adoriretur necesse erat; quid quod dolum atque conata, quae hostes commollebantur, prae Spartolo objecta Callias animadvertere non potuisset, quum tamen Thucydides contrarium narret.<sup>6)</sup> Quae ad meridiem versus patet regio plana est, si collim exicipis, quem in tabulis Leackii et Kieperi depictum video. Isthmus Pallenes peninsulae est, fauces, quae Pallenensem agrum ceterae Macedoniae jungunt.<sup>7)</sup> Strabo<sup>8)</sup>: ὅνομα δέ τῇ χερσονήσῳ Παλλίρηντειαστάδιον δέ ἔχει τὸν ἴσθμον διορωγυμένον, quo loco aliqua ex parte Leackii opinio confirmatur omnium harum peninsularum isthmos fuisse perfosso. Pallene, antiquitus Phlegra, hodie Kassandhra vocata,<sup>9)</sup> fertilis ac frugifera terra est.<sup>10)</sup> Eminet in altum lingua, hinc Toronaico, hinc Macedonicō septa mari, nec minus, quam inclitus magnitudine Atho mons, excurrit, obversa in regionem Magnesiae duobus imparibus promontoriis; quorum majori Posideum est nomen, minori Canastraeum; illud ad occidentem spectans hodie Posidhi, hoc ad Sithoniam peninsulam versus Κάραστρον, Κάραστρα, Κάβο Κανίστρο secundum Meletium,<sup>11)</sup> Paliuri secundum Leackium vocatur. Hae in peninsula montes pariter atque in Sithonia praeter littus porriguntur.<sup>12)</sup> quibus montibus Plinius

<sup>1)</sup> Apud Athen. VIII. 44. — <sup>2)</sup> Thuc. II. 79. — <sup>3)</sup> Lib. IX. p. 261 in. ed. ster. — <sup>4)</sup> II. 79. — <sup>5)</sup> Thuc. I. 62. — <sup>6)</sup> I. 62. — <sup>7)</sup> Liv. 44, 44. — <sup>8)</sup> Epit. 23. Vat. ed. Tafel. — <sup>9)</sup> A Macedonibus Ballene, a Ptolemaeo Patallene nominatur cf. Eustath. ad Odyss. I. p. 1618; Melet. II. 461. — <sup>10)</sup> Liv. 44, 30; inde racemis in numis cf. Eckhel: doctrina numorum II. p. 72. — <sup>11)</sup> I. l. p. 462. — <sup>12)</sup> Κάτιεα Παλλίραια Apollon. Rhod. I. v. 399; σκοποι Παλλίρης Dionys. Perieg. v. 325.

nomina tribuit: qua in regione montes Hypsizorus, Epitus, <sup>1)</sup> Haleyone, <sup>2)</sup> Lemrone, de quibus quum apud ceteros scriptores altum sit silentium quid statuendum videatur non liquet. Nomina illa ex parte quidem gigantum afferunt memoriam, quos hac in peninsula confectos esse veteres poëtae iterum iterumque decantarunt. <sup>3)</sup> Eodem pertinet nomen Brychi fluvii. <sup>4)</sup> Eustathius hos montes nomine peninsulae comprehendit: ὅτι Παλλήνη καὶ ὁρος ἐστι. <sup>5)</sup> — De forma ejus dicit. Eustath. <sup>6)</sup>: χερόφόρησος τρίγωνος; accuratius Stephanus s. v. *P.* eam describit: Παλλήνη δὲ ἐστι χερόφόρησος τρίγωνος, τὴν βάσιν ἔχουσα πρὸς μεσημβρίαν ἐστι φαμιένη, optime; Pallenes apud Stephanum descriptio in numero earum ducenta videtur, quas Hermolaus minus mutilavit.

Ordo urbium secundum Herodotum <sup>7)</sup> hic est: Ποτίδαια, Ἀφντις, Νέη πόλις, Αἰγή, Θεράμβως, Σκιώνη καὶ Μένδη. Inter has urbes opulentia potentiaque eminuerunt Potidaea, Aphytis, Scione et Mende. Sed priusquam singula sequamur haec nobis controversia dijudicanda est, utrum fuerit hac in peninsula urbs Pallene, necne. <sup>8)</sup> Herodotus eam non commemorat, neque quidquam de ea dicunt Thucydides, Scylax, Strabo, Ptolemaeus, alii. Plinius vero inter oppida eam numerat, Scymnus <sup>9)</sup> vel situm ejus designat: Παλλήνη τ' επ' ἵσθμοῦ κειμένη, <sup>10)</sup> Eustathius ad Dionysium eam nominat Thraciam urbem. Altamen nobis illud Plinianum: Oppida Pallene, Phlegra considerantibus in suspicionem venit Plinium urbem et peninsula confusisse, quae suspicio verbis Scymni, quem locum alio modo explicat Berkelius ad Stephanum s. v. *Παλλήνη*, removeri non potest. Eustathii verba reperiuntur in Commentario ad Dionysii versum 327: ἐνθα μελισσοβότοιο κατὰ σκοπιὰς Παλλήνης, ubi Eust. annotavit: ὅτι Π. καὶ ὁρος ἐστι καὶ πόλις θρακικὴ, ταύτη μελισσοβότον ὁ Δ. ιστορεῖ. Itaque videmus Eustathii sententiam uno hoc versu Dionysii niti, i. e. omni eam testimonio destitutam esse, quum Δ. peninsulam intelligat; Meletius Herodotum allegat, qui urbem Pallenem ignorat.

<sup>1)</sup> cf. Eustath. ad II. ἡ 384; Lycophron Cass. v. 124, 1505 sq. ὁρος θρακικὸν Ἡπυτον. — <sup>2)</sup> Halcyonum scopuli Propert. III. 5, 15; πέργεν καὶ τὸν βουβόταν οὐρεῖςσον Φλέγραισιν εὔρων Ἀλκυονῆ; Pind. Isthm. V. 33 ed. Bökh. — <sup>3)</sup> Strabo epit. Vat. 25 ed. Tafel; cf. Apollod. I. 6 ibique Heynium. — <sup>4)</sup> Hesych: Βρύχος ποταμὸς περὶ Παλλήνης; Lycophr. v. 1407 sq.: Παλλήνια τὸ ἄρουρα, τὴν δὲ βουκέρως  
Βρύχων λεπάνει γηγενῶν ὑπηρέτης;

cf. Schol. ad hunc locum. — <sup>5)</sup> comm. ad Dionys. Per. v. 325 ed. Bernh. p. 152. — <sup>6)</sup> Ad Dionysium l. l. — <sup>7)</sup> VII. 123. — <sup>8)</sup> cf. Barker in Classical Journal Jun. 1826 p. 258—63. — <sup>9)</sup> v. 634. — <sup>10)</sup> cf. Melet. II. p. 461.

